

atq; ipsis Commissarijs nostris tanquam nobismet ipsis debitam
reddent observantiam: seris etiam adhortantur et promo-
uebunt Ordines ne in ijs Conventibus quicquam praterquam ex-
mente factorum tractetur, maxime vero ne secessiones & factio-
nes excitentur. Faciant id omne debita diligentia & fidei
Sinc. & Fidel. Vra nostraq; voluntati suam accommodabunt etc.
Sinc. Jam autem Sinc. et Fidel. Vras bene valere cupimus
nostramq; ois. deferimus gratiam. Data Varavia. 29. Januarij
anno Domini 1627. Regnorum nostrorum Polonia 34. Suecia 27
anno.

Sigismundus. Rex.

Littera Sa. Sa. Altis pro assignandis Germano
militi lustrationum locis in Borussia.

Sigismundus 3. Dei gra. Rex Poloniae

Magnifici, Generosi, & Nobiles Sinc. & Fidel. nobis Illu-
strum quam nobis et Nationibus nostris vim inferre parat Turcijs
Tyranij, quanto studio et contentione ab omnibus Imperio nostro
subiectis populis propulsari paretur, non latet Sinc. et Fidel.
Vras, atq; cum et Borussia Ducatus in eodem corpore Reipubl.
contineatur, quando et ad eum communium populorum metus in
communi nostro periculo pertinet, ad eum etiam communis totius
Reipubl. Regni, nostra salutis studium & cura pertinere debet
nec ea onera & subditos directos nostros in Ducatu Prussia
subterfugere debere, quibus ferendis & Prussia nobis incedens
subiectae populi subiacent, aequitatis plena ratio videbitur,
maxime cum exitialis plane & gravissimi belli à Cervicibus

2

omnium repellendi omnes tenere liceat sollicitudo. Quare
cum necessitas ipsa id exigat, ut quam maxime externo milite
utamur, dum eius numerositati minus sufficere possint fortiores
immediate nobis subiecta in Prussia ad stativa eis omnibus con-
stituenda. Requirimus & à Syno et Fidel. Vris ut in tam ar-
dua necessitate pro suarum partium ratione ad communem uti-
litatem Regni nostri concurrant, et etiam in provincijs Duce-
lis Prussia locis ad id commodis lustrationum loca pro milite
7 esse Germania educendo assignent, qui ut quam minimo sit incolis
onere, curae erit Tribunis militum, à nobis assignatis, quibus id à
nobis serio injungetur. Magistros regendarum, maximarum belli-
carum peritos, atq; in dispendentis ex arte formentis maioribus
versatos, ut etiam Syno et Fidel. Vra ex Provincia nos
habere posse, quotquot fieri possunt, procurent, sedulo Syno
et Fidel. Vris postulamus & requirimus, rem gratam & suo
studio erga nos dignam nobis in hac parte prestabunt. Quas
etiam admonitus volumus, ut quam maxima diligentia curam
habeant, ne pestilentia grassantis contagio, libera ab hac lue
loca attingat, atq; us in locis, quibus iam grassari desit, re-
gressus ei precludatur, remedijs adhibitis in eo, ne premature
ad ea incolenia revertantur, qui in locis à contagione liberis
Sacteny morabantur. Faciens hac omnia pro maxime sui-
ratione & gratia nostra causa, quam eis deferimus, honey eas
valere cupimus. Dat. Varsav. 13. Jan. anno Dni 1671.
Regnorum nostrorum Poloniae 39 Sueciae 27. anno

Sigismundus Rex P.